

## MEDIEVAL INSTITUTE LATIN EXAM, SPRING 2019

The exam consists of **three passages**.

The **first** is a passage for unaided translation, i. e., it must be translated without a dictionary or any other kind of aid.

In your translation of the **second** and **third** passages you may make use of **any instruments** you wish (dictionaries, grammar books, Latin Bible, etc.).

You will be allowed **three hours** for this exam.

Please write your translation on **lined paper**, skipping **every other line**, **numbering** the pages consecutively, and labeling each with your **exam number**; please leave **wide margins** and use only **one side** to facilitate photocopying!

☞ **You are not permitted to use a computer during the exam period.**

### **To pass the exam:**

- You must translate the **entire** passages (apart from possible minor omissions).
- The translation must show a good **overall understanding** of the text.
- The **syntactical structure** of the majority of single sentences must be correctly rendered.
- There should be very few grave errors in the translation of single **word-forms** (tense, number, case, etc.) per passage.

**Please produce an intelligible and grammatically correct English translation. If necessary, add a more literal translation in brackets or notes to show your understanding of the Latin text.**

**Procedure:** After each paper has been graded independently by the members of the MI Latin Exam Committee, the Committee will determine your final grade (**pass/fail**). You will be informed of the result by the Director of the Medieval Institute or the DGS of the Department of History.

**Please schedule an appointment with the Chair of the Committee ([hmuller@nd.edu](mailto:hmuller@nd.edu)) to discuss your exam paper!**

## PASSAGE NO 1: UNAIDED PASSAGE

### Paschasius Radbertus, *De Fide, Spe et Caritate*, 1.15: On divine grace and predestination

Nemo igitur applaudat sibi, sed totum Deo tribuat, qui nos et praescivit et elegit: non quod iam electi aut sancti essemus ullis existentibus meritis praesentibus, praeteritis aut futuris; sed eius misericordia, qui eramus vasa irae, ut essemus sancti per Christum secundum placitum voluntatis suae, et non secundum meritum voluntatis nostrae, in sua quidem nos gratificavit voluntate, ut gratia salvi facti simus. Quod si  
5 fides credentium opus Dei est, iure dicimus iustificari hominem per fidem et non ex operibus, ut ex ipsa fide cetera consequantur virtutum dona, in quibus iuste vivamus, et sit secundum gratiam iuxta apostolum firma promissio ex fide, ne dum homo suae infirmitati plus committit quam firmitati promissionis Dei, prolabatur incautus. Sed forte ad haec aliquis: 'Incerta est mihi de me Dei voluntas, utrum me per gratiam ex fide salvare velit: quid igitur?' O homo! Certane tibi est de te tua voluntas? Numquid non times illud  
10 quod dicitur: *Qui stat, videat ne cadat*? Incerta est etenim de te tibi tua voluntas: cur non ergo firmiori ac potentiori te totum committis, qui iam tibi gratis aliquid donavit?

9 *numquid non = nonne*

#### Biblical quotations and allusions:

1 *praescivit et elegit*: Romans 8:29

3 *vasa irae*: Romans 9:22

7 *firma promissio ex fide*: Romans 4:16

10 1 Corinthians 10:12

## PASSAGE NO 2: FIRST AIDED PASSAGE

### Rupert of Deutz, *Chronicon S. Laurentii Leodinensis* 1.2: Bishop Evraclus of Liège

Baldrico episcopo mortuo Evraclus praepositus ad episcopalem cathedram est assumptus. De quo, quia in hac Leodii civitate tantam sibi memoriam acquisivit, ea quae alibi scripta repperi, silentio praeterire nolui. Omnibus scholarum studiis ita perfecte eruditus extitit, ut suis temporibus par ei nullatenus inveniri potuerit. Unde Ottoni imperatori ac Brunoni archiepiscopo Coloniensi ita carus fuisse perhibetur, ut nulla  
5 rerum maiorum exercerent negotia nisi in illius praesentia, nisi eius essent consilio astipulata. Totam Leodiensem ecclesiam, immo totam provinciam, nullis hactenus studiis illustratam, ad studium coaptavit, scholas constituit, peritos quaquaversum clericos collegit, eosque magistros instituens sua ope liberaliter pavit. Quodam ergo tempore invitatus ab imperatore pro regni negotiis Calabriam venit; ubi dum esset, mediante die meridie eclipsis solis subito facta est, cunctisque stupentibus ac nimio terrore solo  
10 cadentibus, timor et tremor erat omnibus. Verum episcopus prae cunctis solus stabat imperterritus, utpote de naturali plenilunio soli subiecto id accidisse non ignarus; accessit suis, ut surgerent imperavit, quidnam hoc esset edocuit, cum subito caeli facies, ut erat ante, clarissima rediit.

- 1 *Baldricus* Bishop of Liège (955-959)  
*Evraclus* his successor (959-971)  
*praepositus* provost (of a cathedral church)  
2;6 *Leodium*, adj. *Leodiensis*: Liège (city in Belgium)  
4 *Coloniensis* adj of *Colonia*: Cologne (city in Germany)  
5 *astipulo* to agree, approve (note: the verb is active, not deponent here!)  
7 *quaquaversum* from everywhere  
9 *solo* = *in solum*

## PASSAGE NO 3: Second AIDED PASSAGE

**Candidus (Brun) of Fulda, *Sancti Egilis Vita Metrica*: The death of Abbot Ægil of Fulda**

Hoc obitu concussi animo, altusque per omnes  
it gemitus, queritantur hic genitoris amissa  
gaudia. Sed huius gerere quid namque potes vir,  
cum sua cuique dies atque irreparabile tempus  
5 certum iure manet? Solita sic lege priorum  
hic obiit, aliisque loca haec tutanda reliquit.  
Cernis quam nihil est, cernis, mi frater amate,  
saecli fluctivagi vana et peritura potestas.  
En iacet obtectus tumulo, quem plurima quondam  
10 turba senum iuvenumque simul stipata tegebat.  
Sed licet ad praesens careat affectibus istis,  
in fratrum precibus semper laetatur honestis.  
Haec nam condicio misera, diraque sub aura  
condita fata manent cunctis mortalibus aegris.  
15 Hanc legem iure primi meruere parentes,  
unius ob culpam hanc reges proceresque potentes,  
dives, inops; dominus, servus; contractus, egenus;  
Insons, sonsque capit – nec habent discrimina – finem.

1 <i>concussi</i>	add: <i>sunt</i>
3 <i>huius ... potes</i> <i>namque</i>	order as follows: <i>quid potes gerere huius (= de hoc)?</i> <u>leave untranslated!</u>
6 <i>loca haec</i>	this refers to the Abbey of Fulda
8 <i>fluctivagus</i>	unstable (like a ship tossed by the waves)
11 <i>ad praesens</i>	presently, currently
17 <i>contractus</i>	crippled